



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Indvstria Spiritvalis

Spee, Friedrich von

Coloniæ Agrippinæ, Anno M.DC.XXXIX.

Dvbia Nonnvlla breuiter expedita.

urn:nbn:de:hbz:466:1-43756

10
confitere Nec est opus quicquam im-
mutare dummodo subindè, vbi inter-
ruptio magna facta fuerit solummodo
dicas. Confiteor præterea me &c.

Q V I N T O .

Peracta verò confessione, recipite
iterum in cubiculum, & assumpto
cultello exemptas linguas omnes in
suum quamque locum, ordine resti-
tue.

Ecce praxin: quid facilius? quid ex-
peditius?

D V B I A N O N N V L L A breuiter expedita.

Qværes primò. Quid si in exami-
nandis tabellis dubitem subindè,
an hoc vel illud fecerim aliquando,
nec ne?

Respon-

Respondeo. Si dubitas, non tanquam certum confiteri debes. Itaque cum in confessione eò perueneris, & id dixeris subiunge, De quo tamen dubito, &c.

Quæres secundò. Quid de numero peccatorum fiet, quomodò eum in his tabellis annotabo?

Respondeo. Cum peccata in tabellis notas, tum similiter cogita, quoties circiter hoc vel illud commiseris, vt v. g. forte quinquies aut sexies, plusquam millies, vicibus innumerabilibus vel quotannis, quanto tempore, in hoc vel illo hæseris, quoties circiter de die committere consueueris &c.

Nam ita fiet, vt si tum, cum te præparas utcumque & circiter aliquid de numero apud te statueris, id tibi postea in ipsa confessione, sinè vlla difficultate, etiam si non scripseris, aliteruè notaueris, occurrat. Neque verò in hac re possibile est, extremè accuratum esse, dic quantum potes, & putas, ac occurrat, id satis est, plus non exigitur.

Quæ-

11
Quæres tertio. Quid de circumstan-
tijs, quæ in quibusdam peccatis sunt ad-
dendæ.

Respondeo. Relinqui id potest pru-
dentia Confessarij, qui ubi opus erit,
satis ipse quæret & exiget, quam obrem
etiam prudentem aliquem, & sufficien-
ter in isto foro expeditum & peritum
eligere oportebit, & rogare quoque, si
diffidas, ut is, ubicunque res postulare
videbitur, defectibus tuis supplendis
advigilet.

Quæres quarto. Quid si in quibus-
dam paulò aliter exprimendum mihi
meum delictum videretur, quam in his
tabellis annotatum est, ita ut non nihil
mihi videretur esse mutandum.

Respondeo. Si aliquid subindè mu-
tandum tibi & aliter exprimendum vi-
debitur, age sanè, fiat ita, adde, deme,
muta, exprime proutcunque voles,
dum tibi satisfacias, alioquin vix puto
opus esse phrasim mutare, nisi quod in
præcepto sexto, ob certas rationes ma-
lui

hui nihil præscribere, sed tantum anno-
tatis punctis, tibi deinde permittere, ut
tuismet verbis explices, si quid circa
puncta singula illius præcepti tibi com-
missum occurrat.

TABELLÆ CON-
fessionis.

Confiteor Deo Omnipotenti, B.
Marię semper virgini, B. Michaëli
Archangelo, B. Ioanni Baptistę, Sanctis
Apostolis, Petro & Paulo N. omnibus
Sanctis & tibi Pater, quia peccaui nimis
cogitatione verbo & opere, mea culpa,
mea culpa, mea maxima culpa.

Doleo enim ex animo, magisque do-
lere desidero, quod vnquam creato-
rem meum, ac Dominum offenderim
& in signum doloris huius, omnia pec-
cata mea, quantum recordari poterò,
exterior ore confitebor, ad gratiam hu-
ius Sacramenti obtinendam.

Itaq; confiteor, contra pleraq; Dei
præcepta deliquisse & in spe-
cie quidem contra.

PRÆ-